

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Scazon

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1185)

SCAZON.

NUPER Nepotis vidimus recensitas
KEUCHENIANÆ mentis arduo chartas
Labore successuque nisibus digno:
FRONTINIANA jam nitore donantur

Prisco, ac avito scripta procedunt vultu,
Dum noster acris ingenii applicans curas
Obstetricantes squalido rejectoque
Tanti parentis fatui, decus primum
Restaurat, atque proprio ore FRONTINUM
Sistit loquentem bellicantium mores;
Mavortium quam sapius Strategema
Usuique cessit tecta mentis arguta
Fraus & via hostes jure justa fallendi.
Mirare Belgium Viri renascentis
Illustre nomen, erutumque felici
Partum tenebris omine invito fastis.
Laudato curam, qua tibi licet pulsa
Erroris umbra & atra nocte nevorum
FRONTINIANA fronte, veste Romana
Videre; quin repende debitum tanta
Menti decus dignumque muneri munus.

festinò

WOLFERDUS.

AD

A D

Clarissimum & Eruditissimum Virum,
DN. ROBERTUM KEUCHENIUM,
J. C.

FRONTINUM

*Nova editione tersiorem pleniorisque Orbi
literato exhibentem.*


NCLYTE Vir, quem sorte pari sibi vindicat Hel-
las,
Et Latium, & Musæ, nec minor una The-
mis;

Quàm bene post variâ perfusum luce NEPOTEM
FRONTINUS propriam percipit æger opem!
Ille quidem Modii scalprum, falcemque SCRIVERI
Passus, & abstersâ squale Latinus erat:
Ast tua FRONTINUM sibi reddit cura, reditque
Quod circumspectos fugerat ante viros.
Te duce mox licitas fraudes & bellica furta
Dux non suspensâ Martius aure bibet.
Te monstrante suos agnoscet Roma colonos,
Et Latii priscis finibus arva reget.
Virgo tuis lymphas manibus deducet in Urbem
Purius, & vincet posthuma Roma sitim.
Sic, sibi qui quondam vetuit monumenta locari,
FRONTINUS famæ dat monumenta tuæ.

JOACH. BORGESIUS. I. F.
In Academ. Groning. Prof.

Ad

Ad Clarissimum Virum,
DN. ROBERTUM KEUCHENIUM,
Cum post
ANGLIAM SUAM TRIUMPHANTEM,
Animadversiones FRONTINIANAS
ederet.

 IR erudite, Vir diserte, flos vatū,
Fax literata gentis, arbiter legum;
Inauspicatam nuper atque abortivam
Enixa prolem Musa, me Poëtarum
Sacro inferebat ordini. Sed admirans
Tuum videbam carmen, & coturnatos
Ipsaque dignos Mantua legens versus,
Cœpi invidere: sic sumus. Verecundo
Tamen rubore tinxerat pudor vultum,
Meque ipse carpens, quis Deus rudem, dixi,
Vatem Poëtis miscet? An novus Phœbum
Midas laceffit? an sibi insolens confert
Porcus Minervam? Provocavit infelix
Deas Arachne: risui fuit Roma
Quondam Bathillus: non habet locum Codrus
Inter Poëtas. Confitemur inviti,
Sed confitemur; cedimus, triumphati
Pudet laboris, & dolens suas Author
Dammat Camœnas. Te Britannus & Belga
Stupet canentem; grandiore Tu plectro
Equas tiaris barbiton. Renascentem
Vitam Rosarum restituta Libertas,
Te Vate, laudat; Carolumque Majestas
Investit ostro, purpuraque submitunt
Cervicem Atlantes. Debeat tuis multum
Chartis Caledon, debeat suo multum
Cum Rege Monckius: tot eruditorum
Dum scripta volvis, eruis fatiscenti

Mundo salutem, & obligas tibi cunctos,
Quotquot supersunt, Orbis Imperatores.

Rektor Tuæde, genis Arbiter magna,
Cui purpuratus verticem sacrum murex
Ter implicavit; sive, dum vacat, doctum
Legis pœma, semper æstimas magni
Vatem Sicambrum, buccinam ius laudis:
Seu militares otiosus observas

Tecum labores; militem hæc docent charta,
Hic consularis explicata Frontini

Ars enitescit, hic pias sago fraudes
Commendat architectus & faber belli.

Mars gaudet arte, robori dolos addit
Infracta virtus. Consciam timet vestem
Prudens Metellus, indicat voluntatem
Fractum papaver. Transeuntibus frustra
Opponit Indum Porus: hac Alexander
Intentat iras parte, tutior miles

Hac parte transit. Sæpe Manlius vires
Mentitur auctas: nunc timore non-vero

Afris Maharbal cedit, & soporatos
Bibens liquores hostis, occidit ferro
Redeunte Pœni. Lelus luba regnum.

Legatus intrat, & Syphacis arcanos
Videt recessus, sordidaque sub veste
Latet tribunus. Omnia omnium Regum

Rudimenta, cunctas Orbis unus expressit
Fredericus artes, qui dedit Scholam mundo,

Qui discipline militaris exemplo,
Qui jure belli, fraudibusque laudatis
Æternitati consecravit ingentes

Belgarum honores. Eminent suos inter
Socios Sicambri: fortiter manu pugnat
Ferox Batavus; fortitudini doctas

Adjungit artes, copulatque Gradivo
Gelus Minervam. Scriptor, ecce, FRONTINUS

Exim-

*Exempla dicat ; ecce , Vir , decus grande
KEUCHENIORUM , antiquitatis interpres ,
Dat intricatis lumen & facem Scriptis .*

*Cur gaudet orbis ? usui Sicambrorum
Civis laborat , Belga parturit Belgis ;
Et foederato charta , dividens lucrum ,
Famulatur Anglo : quique Carolum nuper
Versu secutus , miscuit lyras scepro ;
Idem Autor , eruditus Autor , Autorum
Nulli secundus , Carolo salutari
Inservit ausu . Dignus est , honorato
Praesens seduli , fata qui reformata
Ter magna gentis , imperique momenta
Curet Senator , qui suo parans Regi
Mutos magistros , subministrat absenti
Consulta scepro : quique jam diu fama
Infert theatro nomen , audiat belli
Magnus Sacerdos , & legant librum Reges .*

J. van AELHUISEN.



SEXTI